Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Vbi non approbatur Emmanuel Sà nu. 10.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

Visual Library

ingenuina, tum in expurgata editione, ſic habet. a *Tale ſacrificium imperfectum perficere poteſt, & ſecundum quoſdam debet alius etiam non ieiunus, ſi deſit ieiunus non autem excommunicatus, aut ſuſpenſus, aut Irregularis.* Victorellus ad eumdem Sà expurgatum illud addit. *Immò ſi ſolus adſit ſacerdos excommunicatus aut irregularis, & ex Sacri omiſſione ſecuturum ſit grave aliorum ſcandalum perficere poteſt: alias non Azor, ex Soto.* Hæc ille.

10 Dico abſolute, etiam nullo inſtante ſcandalo, excommunicatum, Suſpenſum, Irregularem, ſi alius aptus Sacerdos non adſit, cum debita cordis contritione, poſſe. Ratio eſt, quia Sacrificium relinqui imperfectum quoad eſſentialia, fuit ſemper æſtimata res graviſſima, cui omnibus modis ſit ſuccurrendum, tantuſque rigor fundatur in eo, quod præceptum de integritate Sacrificii pu-

a *Sà v. Miſſa. n. 38.*

tatur eſſe divinum *a* à Chriſto Domino latum : cui ſponſa Eccleſia per cenſuras non videtur derogare voluiſſe, immo nec potuiſſe.

11. Confirmatur Primo, quia omnes cum S. Thoma ibidem concedunt Sacerdotem, ſi poſt conſecrationem recordetur ſe eſſe excommunicatum, ſuſpenſum, vel irregularem, debere Miſſam abſolvere, ut mox §. 2. dicemus, idque propter perfectionem Sacrificii, etiam præſcindendo ab omni alia cauſa : at idem prorſus eſt in caſu noſtro.

12 Confirmatur Secundo, quia non eſt novum in Eccleſia, ut Sacerdos per prædictas cenſuras à miniſterio Sacramentorum excluſus ad illud in neceſſitatibus admittatur, ſic Sacerdos excommunicatus vitandus, immò Irregularis, immò Degradatus, quamvis privetur ab Eccleſia juriſdictione,

a S. *Thom 3. p. q. 83. art. 6. ad primum aliique paſſim.*

tamen poteſt *a* miniſtrare Sacramentum Pœnitentiæ exiſtenti in articulo mortis, quando alius idoneus Confeſſor non adeſt, Sic in ſimili neceſſitate poteſt *b* baptiſmum conferre: ſic item in ſimili Euchariſtiam *c* Infirmo porrigere. Si ergo ab his non excluditur excommunicatus quia non eſt credibile Eccleſiam velle in tanta fidelium neceſſitate prohibere Sacerdotem, ita nec excludetur in tanta neceſſitate divini cultus in caſu integrandi Sacrificii.

a *Avila Sayr. Alterius, Suarez aliique apud Bonac. de excommunic. diſput. 2. queſt. 2 p 2. § 4. numer. 3. & diſput 1. de cenſ. q. 3. p. 3. n. 3.*

b *Suar. Laym. Filliuc. apud Bon. loc. cit. de excomm. n 7.*

c *Iidem ib. n 8.*